

5144 dedicatione¹ | rum² muneris³ Cn. Allei Nigidi Mai, |
 . . . venatio athletae sparsiones vela erunt. | (*A latere*) Maio | principi colo-
 niae, | feliciter.

*Pompeis pictum in pariete thermarum (IV 1177 aliquoties descripta cum re-
 perta est anno 1824, nunc evanuit). — 1) Intra o litteram huius vocabuli intrusum
 est Poly., fortasse scriptoris nomen. — 2) [Therma]rum suppleverunt quidam, in-
 certum utrum recte an non. — 3) De lectione dubitat Zangemeister.*

5145 D. Lucreti¹ | Satri Valentis fláminis Nerónis Caesaris Aug. fili |
 perpetui² gladiatórum paria XX, et D. Lucretio (*sic*) Valentis fili glad.
 paria X, pug. Pompeis VI V IV III pr. idus Apr.; vénatió legitima | et vela
 erunt. (*A latere*) scr. | Aemilius | Celer³ sing. | ad luna.

*Pompeis pictum in fronte domus privatae (Notizie degli scavi 1880 p. 299, cf.
 Roem. Mitth. 1889 p. 119). Ex altero exemplo eiusdem programmatis videtur su-
 peresse IV 1185. — 1) Intra c litteram huius vocabuli scriptum: scr. Celer. —
 2) Flamen perpetuus fuit Neronis inter a. 54 et 54 (cf. supra N. 222, 4). — 3) Eius-
 dem Aemilii Celeris nomen, quod scriptor etiam in prima lineo huius inscriptionis
 indicare voluit (cf. not. 1), passim reperitur et pictum et scariphatum in parietibus
 vici illius Pompeiani (cf. Mau Roem. Mitth. l. c.).*

5146 numini | Augusti! | glad. par. XX et venatio da.¹ (*sic*) Pompei
 flaminis Augustalis | pugnab. Constant. Nucér.² III pr. non., | nonis, VIII
 eidus³ Maias. | Nucérini officia mea certo index⁴.

*Pompeis extra portam, qua Nuceriam iter erat, pictum in pariete sepulcri (Mau
 Roem. Mitth. 5, 1888 p. 145). — 1) Requiritur praenomen Pompeii. — 2) De Nuceria
 Constantia cf. C. I. L. X p. 124. — 3) Nota scripturam vetustam. — 4) Lectio non
 omnino certa, sensus certe obscurus. — Programme hoc invitatur Pompeiani ad
 ludos gladiatorios Nuceriae spectandos. Similiter Nucérini Pompeis gladiatores
 spectare solebant, unde a. 59 rixae inter utrosque et caedes orta, de quibus narrat
 Tacitus ann. 14, 47 et quarum meminerunt etiam inscriptiones parietariae (cf. C. I. L.
 X p. 90). — Alia programmata huius generis Pompeiana C. I. L. IV 1180 seq.*

5147 hec venatio pugnabet V k. Septembres, | et Felix ad ursos
 pugnabet.

Pompeis scariphatum in pariete (IV 1989 p. 214 tab. XII 10 vidit Zangemeister).

5148 coll. venator. | Deensium qui mi|nisterio arenario¹ | fungunt.
 [L.] d. ex d. s. V².

*Beaufort in regione Deensi Galliae Narbonensis rep. (XII 1590 partem vidit
 Hirschfeld). — 1) Apte contulit primus editor (Long) Suet. Ner. 12: confectores fera-
 rum et varia harenae ministeria; cf. etiam supra N. 3548 not. 1. — 2) Locus datus
 ex decreto senatus Vocontiorum.*

5149 d. m. s. | Corneli|us Vince|ntius ha|rene alu|mnus, vix. | a[n]-
 n[is] . . . me. III | d. X, Baberiu[s] | pater filio.

Theveste (VIII S. 16365 vidi).

5150 d. m. s. |

Substa¹, praecor, paulum festinas² ire viator |
 et maea post hobitum rogantis concipe verba, |